

Malitia, & calumnia præsumptio est aduersus petentem se restitui, contra sententiam principis.

QVÆSTIO LXXIV.

QUÆRO septuagesimoquarto, cū præsumptio fraudis, & malitiæ extat aduersus petentem se in integrum restitui, aduersus præsumptionem iuris, vel iuris, & de iure, interim suspendi debeat executio, vel potius executione. Ita sanè probat c. suscitata. de integr. restit. ibi. Ne verò per excogitatum malitiam (sicut ex præsumptioibus pluribus videbatur) effectum sententiæ, & c. Et notat ibid. Abbas col. 3. versic. quod & reliqui omnes, & idem affirmant Rui. in cōf. 61. col. pen. li. 5. Petrus Benint. in dec. 8. n. 13. Boer. in q. 2. n. 27. Paris. in cōf. 100. n. 3. li. 1. Ceph. in cōf. 116. n. 11. li. 1. & Bello. in cōf. 18. n. 22. Hinc dicimus, quod cū aduersus petentem se restitui contra sententiam principis, sit præsumptio malitiæ, & calumniæ sententiam ipsam esse prius exequendam. Ita scripserunt Abbas in c. suscitata. n. 3. de in integr. restit. Bald. in l. causa cognita. in 3. notā. C. de transac. Restaur. in trac. de Imper. q. 110. versic. 209. Et his addo Bald. in sua Margarita, hoc est in repertorio ad Innocent. in verbo, præsumptio contra petentem, quo loci ait, hoc non procedere, quando est nuda hominis præsumptio.

Protestationis contrarie probatio, an admittatur aduersus præsumptionem iuris, ac etiam iuris, & de iure.

S V M M A R I V M.

1. Præsumptio iuris admittit probationem contrariam ex protestatione.
2. Quod quando non procedat n. 2.
3. Præsumptio iuris, & de iure, ex protestatione contrariam probationem admittit. Fallit id si ex ea protestatione induceretur peccatum. n. 4. Idem in protestatione generali à lege reprobata. n. 6.
5. Sponsalia contracta per verba de futuro copula carnali subsequuta, transeunt in matrimonium præsumptione iuris, & de iure.

QVÆSTIO LXXV.

QUÆRO septuagesimo quinto, an aduersus præsumptionem iuris tantum, ac etiam iuris, & de iure, admittatur probatio contraria protestationis? Duos casus hic distinguo, quemadmodum etiam duæ sunt præsumptiones.

Primus est casus in sola præsumptione iuris. Hæc quidem admittit contrariam probationem ex protestatione. Ita Bal. in l. ult. C. de statu defuncti & cū eo Alex. in cōf. 190. in fili. 2. & Bal. in trac. præscriptionu. par. tertia principali, q. 10. n. 21. cum dixerunt aduersus illā præsumptionem iuris ex dispositione l. cum de in re versio. ff. de vlt. quod ille, qui dia soluit, præsumitur soluisse animo se obligandi, admittitur probatio ex contraria protestatione. Huc spectat qd dicimus, admitti probationem ex protestatione, ad excludendā præsumptionem, & suspicionem pertinaciam, & malitiæ in eo, qui alioqui hæreticus præsumeretur. Ita Alb. in rub. C. de hæret. ad finem. Io. Gerson in trac. de protestatione, consideratione quinta. Alphons. de Cast. li. 1. de iusta hæret. punit. c. 11. Alber. in trac. de agnoscendis assertionib. catholicis. q. 12. n. 4. & Simon. in cōmentar. catholicis. lib. 5. n. 11. quo facit loci declarata, quomodo & quando protestatio hæc proficit, vel non, ei qui alioqui hæreticus censeretur.

2. Declaratur primò ut non procedat qd quando fraus fieri potest legi, ut in ea protestatione quam facit emptor,

dum emit rem furtivam, cuius meminit Alciat. regu. 3. præsumpt. 29. num. 1. ver. 1. est. Et dicemus infra li. 5. pig. lumps. 5. 4. vbi declarabimus l. incivilem. C. de furtis.

Secundus est casus in præsumptione iuris, & de iure. Hæc quoque admittit contrariam probationem ex protestatione. Ita censuit gl. in c. vidua. de regula. vbi præsumptio iuris, & de iure est, quod Novitia, quæ assumit habitum professarū, vel se ingerit in actibus ad eas pertinentibus, sit professa (vt copiosius dicemus li. 3. præsumptio. 12.) nisi protestatio præcesserit. Quæ traditionem probant Butr. in c. is, qui fidem. col. 2. versic. potest secundo surgere, & ibidem Præpos. n. 8. versic. fallit. 4. de spons. qui dicunt, protestationem illā obtinuisse, ob id, quod iusta cā erat vestita. Illam quoq. probant idem Butr. in c. vlt. n. 30. versic. item admittit. de success. ab intest. Rom. in l. si duo. nu. 1. ff. de acq. hæret. & Alc. in trac. de præf. in prælud. p. 2. in fi.

Declaratur primò hic casus, vt non procedat qd ex ea protestatione induceretur peccatum. Ita gl. in c. per tuas de cond. appof. quam ibi annotat Io. Andree & Prep. cum dixerunt quod si duo contraxerunt p. sponsalia per verba de futuro sequuta copula carnali, sponsalia transeunt in matrimonium præsumptio, præsumptione iuris, & de iure, c. is, qui fidem. de spons. Et si ergo ij sponsi futuri protestentur, quod quāvis sequatur copula, non intendit spōsalia debere transire in matrimonium, nec illud velle contrahere, attamē huiusmodi protestatio nil prodest, nec eam præsumptionem iuris, & de iure tollit. Ea est ratio, quia ex ea protestatione peccatū fornicationis inducitur. Ita in specie declarant præcitati Doctores, & Abbas in c. per tuas. de cond. appof. Butr. in c. veniens. il. 2. de spons. Nicolaus Arelatanus in annota. ad Alciat. in trac. de præsumpt. in præludijs p. 2. in fin. Iaf. in l. non solum. S. morte. n. 14. in fin. ff. de oper. noui nunc. & alios plures commemorat Did. in epit. de sponsal. p. 1. c. 4. §. 1. n. 18. & dicemus infra lib. 3. præsumpt. 1. in 3. extensione primæ coniecturæ, vbi declarabimus.

Declaratur secundò hic casus, vt nō procedat in protestatione p. generali à lege reprobata, vt in casu Bar. in l. 1. §. ite soler. in fi. ff. de offic. præfecti vrb. cum dixit, qd si tutor, conficiendo inuentarium, protestatur, quod si bona aliqua eo in inuentario descripsit, quæ describenda nō erant, vult habere pro non descriptis, & cōtra. Hæc protestatio, inquit Bar. non adiuuat tutorem, cū lex reijciat generalē hanc protestationem, ex quo lex in tutoris inuentario respicit illud, qd est specialiter expressum. Idē docuit ipse Bart. in l. tutor, qui repertorium. nu. 33. ff. de admin. tut. quæ secuti sunt Bal. in l. vlt. n. 1. versic. sed quid si tutor. C. arbitriū tutelæ, & Alciat. de præsumpt. in præludijs, p. 2. in fi. Quibus intelligimus minus rectē sensisse Ang. in l. 1. §. hæc stipulatio. col. vlt. versic. vt tamen omniū conseruetur. ff. si cui plus, quam per legem Falcid.

Præsumptionem iuris, & de iure impedire appellationem.

1. Appellatio impeditur per præsumptionem iuris, & de iure.
2. Conuictus non appellat.
3. Appellatio per solam iuris præsumptionem non impeditur.

QVÆSTIO LXXVI.

QUÆRO septuagesimo sexto, an præsumptio iuris, vel iuris, & de iure, impediatur appellationem? Et quo ad præsumptionem iuris, & de iure dicendum est, impedire appellationem. Ita Bald. in l. si qui. num. 2. C. ad l. Iul. de adul. Fran. Brun. in trac. de indicijs, & tortura, parte prima quæst. 4. in fin. Marfil. in rubr. Cod. de probat. num. 264. & in sing. 116. & Euerardus in centuria legali in argumento à verisimili. n. 18. Quam quidem traditionem probat d. l. si qui, qua sancitum fuit, cum

eum contra quem est, præsumptio iuris, & de iure, pro conuictio habendum esse. Conuictus tamen non appellat. l. 2. C. quorum appe. non recip. Non ergo iste, cui repugnat hæc præsumptio, remedio appellationis iuuabitur. Quo verò ad solam præsumptionem iuris dicendum est, illam tamen non impedire appellationem, quandoquidē non habet is, cui hæc repugnat præsumptio pro conuictio, & confessio, sed potest contrarium probare, vt diximus supra.

Præsumptio que tollatur iuramento eius, cui præsumptio aduersatur?

S V M M A R I V M.

1. Iuramentum eius contra quem extat præsumptio iuris, & de iure, non admittitur in contrarium.
2. Fidem adhiberi viro bono, vitæque honestæ, quomodo procedat.
3. Iuramentum in contrarium non admitti etiam eius, contra quæ sola iuris præsumptio extat. Contraria adducitur opinio. numer. 6.
4. Iuramento procuratoris afferentis nomine proprio emisse non domino, non creditur, si iam habuerit mandatum à domino.
5. Iuramentum non desert index ei, contra quem extat præsumptio iuris.
7. Assertioni eius creditur, qui carnaliter à se cognitam fuisse uxoris suæ consanguineam affirmat ignorasse.
8. Conuictus præsumitur scire facta coniuncti.
9. Iuramento afferentis se non animo occidendi verberasse, utrum credatur.
10. Iuramentum afferentis se proclama publicum ignorasse admittitur.
11. Citationem ad sui notitiam non peruenisse, iuranti creditur.
12. Sententia lata per iuramentum iudiciale, habet pro se legis præsumptionem.
13. Iuramento denunciantis creditur in denunciatione Evangelica.
14. Iuramento creditur in his, quæ in animo consistunt.
15. Probatio contraria per iuramentum eius admittitur, contra quem extat iuris præsumptio, si de leui præiudicio agatur.
16. Iuramento afferentis aliquid aduersus præsumptionem, creditur in foro conscientie.
17. Assertioni iurata aduersus legis præsumptionem creditur, quæ do alia æque potens præsumptio est pro ipso.
- Idem est si leuis contra ipsum extat præsumptio. n. 18.
19. Iuramentum tollit præsumptionem hominis contra se extantem.

QVÆSTIO LXXVII.

QUÆRO septuagesimo septimò, an præsumptio tollatur contrario iuramento eius, contra quem illa extat? Hæc in quæstione distinguendi sunt tres casus, scilicet, & tres sunt præsumptionis species.

Primus est casus, quando præsumptio est iuris, & de iure. Hoc in casu tamen non admittitur contrariū iuramentū eius, contra quem illa extat. Ita in specie scripserunt Butr. in c. vidua. num. 5. de regula. Paulus Leazarus, & Gem. in c. eo, in verbo scienter. de temp. ord. in 6. Fely. in c. 2. nu. 13. de const. & ibidem Bero. col. vlt. versic. nisi declarationem. Alciatus in c. nouit. nu. 11. de iud. & Ofaschus decif. 71. num. 27. His accedit auctoritas eorū, qui rectius negant admitti iuramentum eius, cui sola iuris præsumptio aduersatur, vt huius opinionis multos infra commemorabo. Et rationes quas ibi considerabimus, hæc magis confirmabunt. Ceterum hanc traditionem intellexit Butr. in c. vidua. in fi. nisi, contra quem extat præsumptio hæc iuris, & de iure, sit honesta persona. Nam tunc eius iuramentum recipitur aduersus præ-

sumptionem illam, & Butrium secuti sunt Dec. in cōf. 175. num. 6. Marfil. in practica criminali in §. principium. n. 11. & Alba in cōf. 95. n. 9. Verior tamen videtur contraria traditio Præpos. in c. vlt. num. 3. qui matr. accus. poss. & Ofaschii in d. decif. 71. num. 27. scribit Præpos. non admitti hoc iuramentū, & loquitur Præpos. in terminis d. c. vlt. in quo agitur de hoc iuramento, vt infra dicemus. Quod enim viro bono p. vitæque honestæ fides adhibeatur, procedit qd repugnat sola præsumptio iuris, non aut quando obstat præsumptio iuris, & de iure, quæ pro veritate habetur. Et præterea Butr. mouetur auctoritate gl. vlt. d. c. vidua, quæ tamen præter personæ honestatem vult cum iuramento adesse alias contrarias probationes, siue (vt exponit ipse Butr.) coniecturas.

Secundus est casus, quando extat sola iuris præsumptio. Hoc in casu variæ sunt Doctorum opiniones.

Prima est, & magis quidem recepta, quod non t. recipiatur, fidelisque adhibeatur huic iuramento. Ita Bart. in l. inter omnes. §. recte, num. 3. versic. nec obstat. ff. de furt. qui exemplum recenset in eo, qui equum commodato suscepit, vt ad certum locum iret, & ultra illum perduceret, asserens se credidisse dominum consensurum, nō creditur (ait Bar.) eius iuramento, cum ei repugnet iuris præsumptio. & Bar. secuti sunt Roman. in cōf. 481. nu. 10. Aret. in l. interdum. §. quod ex naufragio. col. 1. versic. in gloss. in verbo, potest, de acquiren. poss. egregiè Rota decif. vlt. num. 3. in titu. de dolo, & contumac. in nouis. Alexand. in l. 1. §. per procuratorem. nu. 4. & ibid. Claudius Seyfell. num. 2. ff. de acquiren. poss. dixit Alexand. non credi iuramento t. procuratoris, qui asseruit se emis- se proprio nomine, non aut nomine domini, à quo iam habuerat mandatum de emendo, cum aduersus procuratorem ipsum sit iuris præsumptio. Idem Alex. in cōf. 71. nu. 2. & in cōf. 118. nu. 1. lib. 2. Iafon in §. sed ista, nu. 92. In l. de actio. Felin. in c. significasti, nu. 3. de homicid. Claudius Seyfel. in l. Celsus, num. 21. ff. de vlt. Decius in c. 2. in l. 1. lea. col. vlt. versic. & ad hoc facit, de const. & in c. 1. in 6. notab. de postul. prælat. in c. nouit. col. vlt. de iudic. in c. pastoralis, col. 3. versic. & quod dicitur, de except. & in cōf. 160. col. pen. versic. non obstat. Marfil. in l. qui ignorans, num. 35. & in l. qui fallsum, n. 100. ff. ad leg. Corn. de fals. & in cōf. 26. numero 2. Ruin. in cōf. 13. in fin. lib. 5. Iacob. de Sancto Georgi. in l. verius, nime. 4. & in l. cum de indebito, in fine. ff. de probat. Neuiz. lib. 3. Syluæ nupt. nu. 52. Natt. in cōf. 230. nu. 6. lib. 1. Crauet. in cōf. 225. n. 9. & in cōf. 271. col. vlt. Ant. Bauer. in trac. de virtute iuramenti, num. 38. Alciat. in trac. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 16. Ber. in c. 2. col. vlt. de const. & Tirac. in trac. de retrac. consanguin. §. 3. in gloss. 2. num. 41. Quæ sanè sententia probari videtur ex l. præfenti. §. sic vbi Cod. de ijs, qui ad eccles. confug. & ex Authen. sed nouo iure. C. de pœna iud. qui malè iud. vbi non admittitur iuramentū ad purgandum sinistram suspicionem. Et præterea accedit ratio, quod hoc genus iuramenti deferri debet à iudice. At index tamen non desert iuramentum illi, contra quem extat præsumptio iuris, vt inquit gl. in l. 1. C. qui, & aduersus quos, & c. Ergo & c.

Secunda fuit opinio, quod t. admittatur hoc iuramentum. Ita gloss. in cap. vlt. in verbo, iuramentum, qui matr. accus. poss. cum dixit, aduersus præsumptionem sciētiam eorum, quæ publicè fiunt, resultantem contra eum, qui præfens fuit, admitti probationem per eius iuramentum. Et glo. traditionem probant ibi Calder. & Præpos. nu. 3. Bal. in l. 2. §. pen. in fin. ff. si quis cautio. Alber. in l. diuus, in fi. ff. de in integr. rest. Alc. in c. nouit, nu. 10. in fi. de iud. & Ofasch. in decif. 72. nu. 28. qui quidem eiusdem opinionis recenset Curt. Sen. in cōf. 72. Princeps, col. 9. versic. verum vt nihil. Hanc quoque opinionem visus est probare Lapsus alleg. 94. nu. 5. dum scripsit, credi

7 [†] assertioni eius, qui dixit, se ignorasse illam a se carnaliter cognitam, fuisse uxoris suæ con sanguineam, cum tamen coniunctus præsumatur scire [†] facta coniuncti, l. oñau. ff. vnde cogn. His accedit gl. in l. 1. in verbo, animo. C. ad leg. Corn. de sicar. Cum dixit, credi iuramento asserentis, se vulnerasse non occidendi [†] animo, cum tamē ei repugnet iuris præsumptio, ex quo dabat operam rei illicitæ, vt suo loco dicemus. Et glossam illam secuti sunt relati a Iaf. in §. sed istę, nu. 90. In sit. de act. vbi nu. 92. & ipse hanc opinionem secutus est. Et ad affirmandam hanc opinionem multa adferri solent.

Primo text. in d. c. vlt. qui matrimon. accusar. poss. vbi quando sit publicè denunciatio, seu proclama. præsumptio iuris est, quod sciat, & tamē admittitur iur. eius, qui asserit se ignorasse. Et propterea Bald. in d. l. 2. §. penul. in ff. si quis cant. scripsit dari iuramento eius, qui dixit, citationem de se factā, ad sui noticiā non peruenisse. Ceterum respondet Alc. in tract. de præsum. regul. 3. præsum. 16. num. 3. versic. sed tamen saluando, & c. d. c. vltimum loqui, quando præsumptio illa oriens ex publico proclamate, & similibus, est debiliore, quæ oriatur ex iuramento. Quæ sanè interpretatio probari videtur ex c. nulli, de elect. in 6. vbi electores admittuntur ad opponendum contra electum, si iurant, quod ea, quæ obijciuntur, noue intellexerunt. Id quod contingere ob id videtur, quia contraria illa præsumptio levis erat. Ita sensit Abbas in d. c. vlt. nu. 9. Altera etiam fuit interpretatio ad d. c. vlt. Butrij in c. cognoscetes, de conf. Rom. in conf. 48. t. nu. 1. & Decij in c. nouit, col. vlt. vers. 2. dictum Bar. de indic. quod in casu d. c. vlt. ultra iuramentū aderam aliz coniecturæ, quibus ignorantia præsumebatur. Quæ tamen explanatio repugnare mihi vñ verbis illius constitutionis. Quocirca tertio responderi potest ex interpretatione Felini in c. significasti, num. 3. de homic. quod in d. c. vlt. iuramentum non est super eo, quod illa constitutio vellet præsumi noticiam edicē sed est super noticiā impedimenti, quam sanè noticiam tex. ille non præsumit, vt ibidem annotauit Butrij. Verum repugnat hæc interpretatio manifestis verbis d. c. vlt. §. alioquin. Respondet & quarto Berous in c. 2. in fi. de constit. & ait, d. c. vlt. loqui, quando agitur de leui præiudicio. Quæ tamen interpretatio dubia est, responderi quinto loco potest, legem eo in casu vltius processisse, disponendo, ob peccati causam, ne coniuncti in matrimonio prohibito in eo persistant.

Secundo adfertur hæc argumentatio ab Alciat. in d. 12. præsump. 16. nu. 2. vers. 2. in contrarium. Lex [†] præsumit pro sententia lata per iuramentum iudiciale, & consequenter quod victus non habet aliqua instrumenta, quibus tueatur ius suum, & tamē aduersus præsumptionem illam ad rescissionem sententiæ admittitur probatio per iuramentum, quod instrumenta de nouo superuenerunt, vt tradunt Bar. & reliqui in l. admonēdi. ff. de iureiur. & confert c. pastoralis, de exceptio. Verū respondetur, præter Alciatum, qui intellexit, vt supra, q. lex ipsa statuit, sententiam non transire hoc casu in iudicatum, & iuramentum non adhibetur directio contra sententiam, sed super illa qualitate, quæ de nouo fuerit repperita, licet forte in consequentiam rescindatur veritas. Et præterea eo casu de veritate manifestè cōstat ex ipsis instrumentis, etsi quo ad ipsam qualitatē quod, si fuerint de nouo inuenta, credatur iuramento illius id asserentis.

Tertio vrgere videtur cōis illa traditio Doct. in c. nouit, de iud. Cum dixerunt, id denunciatione Evangelica [†] credi iuramento [†] denunciantis, etiā nō concurrere alia suspitione, q. solus solo denunciauerit, vt is denunciatus se abstinere a crimine, & tñ aduersus denunciationē illam extat iuris præsumptio, q. denunciatus ille sit innocens, ex quo quilibet præsumitur bonus. Ceterū rñderi potest, ibi agi de leui præiudicio quoad illum actū, q. so-

lus solo denunciauerit. Nam ex eo actū non infertur graue præiudicium, & propterea eius iuramento statuit. Preterea hæc duo sunt se parata, quod denunciatus præsumatur bonus, respicit. n. hoc causam ipsam principalem, sique substantiam negocij, illud verò quod denunciatus denunciauerit solus solo, respicit qualitatem tantū, pro qua creditur denuncianti.

Quarto argumentatur Alciatus præcitata in præsumptio. 16. num. 2. vers. 4. facit, & c. quod admissa illa recepta opinione, nunquam admitteretur probatio periuramentum. Nam aut lex præsumit pro Actore, & tunc non est opus quod iuret, ex quo habet præsumptionem iuris, quæ transfert onus probandi in aduersarium, l. si ne possidetis. C. de probat. & l. generaliter. §. si petitum, in fin. ff. de fideicommiss. liber. Aut præsumit pro Reo, & tunc Actor iurare non potest, & Actore non probante, Reus absoluitur, cū lex pro eo præsumat, l. Arria. ff. de act. & obli. & l. q. accusare. C. de edē Verū tñdetur, præsumptionē illā, quæ est pro Reo, Actore nō probante, esse præsumptionē quādā gñalem, vt sensit Spec. in tit. de probat. §. probare, n. 1. Cū dixit, præsumptionē iuris hanc tollere, in Reū ipsum reijcere probandi onus. Et idem sensit ipsemet Alc. in d. l. qui accusat, n. 18. vers. sed, & plerumque. C. de eden, quo loci idem Alc. scriptum reliquit, hæc præsumptio, quæ pro Reo est, non obstante, creditur iuramento [†] de his, quæ in animo consistunt.

Tertio fuit opinio eorū, qui scripserunt, hoc relinqui arbitrio iudicis, vt is consideret qualitatem præsumptionis, & conditionē personæ, quæ iurare vult. Ita scripserunt Abbas in d. c. vlt. n. 9. qui matr. accus. poss. Dec. in c. pastoralis, n. 7. de excep. & ibidem Paris. num. 13. ad fin. Quæ sanè sententia probabilior mihi videtur, & vt etiā scripsi in lib. 2. de Arbitr. iudic. cap. 298.

Declaratur primò hic casus, vt non procedat, qñ agitur de leui aliquo præiudicio. Nam tunc aduersus iuris præsumptionem admittitur contraria probatio per iuramentū eius, contra quē præsumptio ipsa extat. Ita in specie tradunt, & declarant Paul. Leazarus in Clem. constitutionē, de elect. Gem. in c. quodā, n. 3. de præsum. Dec. in c. 2. in l. 1. sect. col. vlt. vers. & hoc intelligitur de conf. & ibid. Fel. vers. fallit tertio, Claudius Seyfel. in l. Cellus, n. 2. ff. de vñc. Marfil. in sing. 655. memoria. Alc. in c. nouit, n. 10. de iud. Bero. in c. 2. in fi. de constit. & scripsi li. 2. de arbit. iudic. casu 186. nu. 9.

Declaratur scđo, vt non procedat in foro conscie, fin quo creditur asserenti, & iuramento asserentis aliquid aduersus præsumptionē iuris. Ita gl. in Cle. 1. in verbo, commode, de pen. Lap. alleg. 94. n. 5. Alex. in l. 1. §. per procuratorem, n. 4. ff. de acq. pos. Fel. in c. sign. n. 4. de hom. Dec. in c. nouit, col. vlt. vers. 1. dictū, de iud. Claud. Seyfel. in l. Cellus, n. 2. vers. 2. fallit, ff. de vñc. Paris. in ca. pastor. n. 13. de excep. & Neuiz. li. 3. Syluæ nupt. n. 52. Hanc tñ declarationem intelligit Dec. præc. in loco, vt credatur iuramento asserentis, quoad suum præiudicium, non autem quoad detrimentū aliorum, quæ sanè interpretatio nec vera est, nec conuenit menti aliorum interpretum.

Declaratur tertio, vt locum non habeat, quando alia præsumptio aq.ue potens est pro eo, qui asserit. Nā tunc eius [†] assertioni iurata creditur aduersus legis præsumptionem. Ita declarat Claud. Seyfel. in d. l. Cellus, n. 2. vers. fallit primo, qui multis probat.

Declaratur quarto, vt non procedat, qñ [†] iuris præsumptio levis est, sicuti tradit Claud. præc. in loco, nu. 2. vers. 2. fallit.

Tertius est casus, quando repugnat sola hominis præsumptio. Hoc sanè casu existimo, illam tolli [†] iuramento huius asserentis, & contra quem illa repugnat. Quandoquidem levis est, & ob id iuramento tollitur, sicuti de leui iuris præsumptione tradit Claud. Seyfel. in d. l. Cellus, n. 2. vers. 2. fallit, & dixi supra.

Præ-

Præsumptione cessante, non cessare legem, super qua fundata est ipsa præsumptio.

S V M M A R I V M.

- 1 *Præsumptione cessante, non cessat lex, super præsumptione fundata.*
- 2 *Rationem fundatam in sola præsumptione non restringere legis vel statuti generalis dispositionem, quomodo procedat.*

Q V A E S T I O LXXVIII.

QVAERO septuagesimo octauo, an lex fundata in sola præsumptione, cesset cessante præsumptione illa? Et non [†] cessare scripsit Tiraq. in tract. quod cessante causa, cesset effectus, par. 1. nu. 150. & nu. 177. & p. 2. lib. 29. post Bald. in conf. 250. in q. D. Milani. ad fin. lib. 1. dum respondit, rationem [†] fundatam in sola præsumptione, non restringere generalem legis, vel statuti dispositionem. Quæ quidem traditio non habet locum, quando vnus sentiet damnum, alter verò lucrum. Ita Ang. in conf. 281. col. 1. Dec. in c. suggestum, in 2. notab. de app. & Crau. in conf. 3. num. 3. qui ita declarant regulam l. cum pater. §. dulcissimi. de leg. 2.

Denunciatio Evangelica, quando aduersum præsumptionem admittatur.

S V M M A R I V M.

- 1 *Denunciatio Evangelica, quo casu possit fieri, & nu. 2.*
- 3 *Sententia irrita dicitur, & nulla, quando de iniustitia notorie constat.*
- 4 *Sententia notorie iniusta, non transiret verè in iudicatum.*
- 5 *Denunciatio Evangelica, quando fieri nequeat.*
- 6 *Canones cum peccato possidere non permittunt.*
- 7 *Veritatem solam in foro conscientie spectari, quomodo accipiendum.*
- 8 *Concessum per rem iudicatam, in foro conscientie retineri potest.*
- 9 *Et quando à re iudicata discedatur, nu. 9.*
- 10 *Retractatio sententiæ, quando sit locus.*
- 11 *Probationes omnes iudicis sunt in arbitrio.*
- 12 *Testes examinare, & probationes recipere, index absentis nomine potest.*

Q V A E S T I O LXXIX.

QVAERO septuagesimo nono, an contra præsumptionem iuris, & de iure, possit fieri denunciatio Evangelica? Quo facilius hæc iuris quæstio explicetur, exemplum ita adfertur. Extat præsumptio iuris, & de iure, pro sententiā lapsa in iudicatu, an aduersus hæc sententiam, sique aduersus præsumptionem illam iuris, & de iure, fieri possit denunciatio Evangelica? Hac in re distinguunt tres casus, vnā cū Abbate in c. nouit, n. 7. & ibi Dec. n. 10. vers. sed difficultas, & extra de iud. Primus est casus, cum iniquitas sententiæ, siq. præsumptionis huius probatur per confessionem illius, qui eam obtinuit. Hoc sanè in casu certum est, fieri posse [†] Evangelicam denunciationem. Ita affirmant Abbas & Dec. præcitatis in locis. Ea est ratio, quia etiā de iure communi retractari potest res hæc iudicata, vt scribunt Inn. in c. quia pleriq. de imm. eccl. Butr. in c. is, qui fidē, de spons. Bal. in Auth. ad hæc, num. 14. vers. item dubitatur, C. de vñc. Fel. in c. qualiter, il. 1. nu. 18. de accus. & Cur. Ian. in conf. 104. nu. 4. & scripsi supra q. 62.

Secundus est casus, cum aliter quam per confessionem notorium est, rem iudicatam, atque ita præsumptionem hanc iuris, & de iure, esse iniustam. Hoc etiam in casu admittitur [†] denunciatio Evangelica, ita Abb. & Dec. vbi supra, nec alij, quos infra cōmōrabo, dissentiant.

3 Ea est ratio, quia vbi de [†] iniustitia constat notorie, sententia dici potest irrita, & nulla. Ita Innoc. in c. fraternitatis, de frig. & malefic.

4 Et præterea sententia notorie [†] iniusta non transit vere in iudicatum, sicuti scribunt Butr. in c. suam, in pen. notab. de pen. Fel. & ceteri in c. inter ceteras, de re iud. Et scripsi supra q. 67. probationem ex notorio admitti contra præsumptionem iuris, & de iure.

Tertius est casus, quando non constat de iniustitia iudicati, sique præsumptionis iuris, & de iure, sed testibus vel aliter probata est. Hoc sanè in casu recepta magis Doctorum opinio est, locum non esse huic [†] denunciationi Evangelicæ. Hanc probant Bar. in Extrau. ad reprimendum, in verbo, per denunciationem, num. 15. Bal. in Auth. Clericus. C. de Episc. & cler. & in Auth. ad hæc, nu. 15. de iud. Abb. in conf. 60. nu. 3. in fi. lib. 2. Alex. in conf. 83. num. 3. lib. 5. Barb. in c. nouit, nu. 64. de iud. & ibidem Dec. num. 10. Ea ratio prima fulcitur horum sententia, quod rei iudicata exceptio, sique præsumptionis iuris, & de iure, est à lege ipsa Pontificia approbata, c. cum inter, de re iud. c. vlt. de except. in 6. Non ergo peccat, qui ea exceptione tutus possidet, & consequenter denunciationi Evangelicæ locus non est. Nec hic repugnat cōsideratio c. nouit, cum ait, exceptionem hanc nil prodesse, quando de peccato agitur, cap. vlt. de except. in 6. Nam responderi facile potest, præter Decium hic dici non posse, agi de peccato, posteaquam de eo non constat, & lex tutum facit eum, pro quo stat præsumptio ipsa iuris, & de iure.

Secundò firmatur hæc opinio ea ratione, quia si hæc res iudicata, atque ita si hæc præsumptio est à lege Pontificia approbata, vt diximus supra, est etiam in foro conscientie recepta, quia non permittentur Canones [†] cum peccato aliquem possidere, c. de viduis. 2. q. 1. Nec hinc argumentationi obstat responsio Felini in d. c. nouit, de iud. cum illi replicet Dec.

Non etiam obstat responsio ipsius Decij, cum dixit, in foro conscientie solam veritatem [†] spectari, vt ait Inn. in c. quia plerique, de imm. eccl. quem alij multi secuti sunt, vt in subsequenti quæstione referam. Non, inquit, obstat hæc cōsideratio, quandoquidem id procedit, quando ex parte eius, pro quo stat præsumptio, cognita est veritas, atq. ita quando eius conscientia est læsa, sed nostro in casu hoc non contingit, cum præsupponamus pro constanti, hunc credere se iure obtinuisse & iure se fulcitum ea præsumptione iuris, & de iure. Et infra in subsequenti quæstione fusius explicabimus.

Tertio accedit, quod ita videmus in præscriptione, vbi bona fide iam præscripta, rectè & salua conscientia retinemus, & si postmodum supuenit mala fides. Ita Inn. in c. cura, de iure patro. Bal. in Auth. ad hæc, nu. 8. C. de vñc. & scripsi lib. 1. de arbitrarijs iudicij, q. 49. nu. 6. Ita pariter dicendum est in foro [†] conscientie retineri posse, quæ per re iudicatā data fuerunt, atq. ita ea, quæ præsumptione hac iuris, & de iure concessa sunt. Nec hic repugnat cōsideratio Decij in d. c. nouit, cū dixit, hoc argumentum à simili non procedere hoc in casu, vbi adest non levis differentia, inter præscriptionem, & rem iudicatam. Nam præscriptio (inquit Decius) est iustus modus acquirendi dñum, l. 1. ff. de vñc. Ea pp. præscriptione perfecta, retineri res pōt salua cōscientia, sed non ita (ait Decius) est in re iudicata, quæ ordinata nō est ad acquisitionem, sed ad iustitiam, quæ tribuit vnicuique qd suum est, & licet res iudicata exceptionem pariat, id contingit ob præsumptionē, quæ infertur, q. veritas ita se habeat, & non q. titulus ad acquisitionem sit in uetus. Nō inquit, repugnat hæc cōsideratio, quandoquidem non differt in hoc præscriptio à re iudicata. Nā præscriptio præsupponit titulum, sine quo alioqui non currit. Ita etiam sententia fertur de re, quæ titulum antecederem.

Tomus Primus.

F 2 habet,